



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 1. De Baptismo infantium, qui nascuntur à fidelibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

10. Queres. Si Pater, vel Mater baptizent proprium filium, vel filium legitimum alterutrius extra necessitatem, privanturne iure petendi de bitum conjugale?

Respondeo. Quamvis mortaliter peccent, quia faciunt contra Sacros Canones adductos ab Hurtado, de marr. 410. diff. 6. tamen non privantur dicto iure ex probabili opinione, quam contra communem sequitur, & probat idem Hurtados. Summa autem probationis est, quia si aliquis Canon eam privationem præcipit, jam, licet à Canonibus posterioribus correctus. Idem propter eandem rationem dicemus infra c. 4. §. 2. n. 17. si Pater, & Mater sint Patris sui propriæ sobolis.

§. III. De obligationibus Ministri Baptismi, quando is conferitur extra necessitatis articulum.

Minister quando extra necessitatem baptizat, baptizatur obligatur cum solemnitatibus ab Ecclesia institutis: qui secus facit, peccabit ex genere suo mortaliter. Nec Minister solum, verum etiam ipse baptizandus, si sit adulter, & quicumque alius, qui sit causa ommissionis huiusmodi. Ratio est, quia sic fieret contra Sacros Canones. Clem. vnic. de Baptismo. & contra recentim Ecclesiæ in re ex se gravi. Ita Leand. de bapt. d. 4. §. 6. plures adducens, contra admodum paucos.

1. Solemnitates breviter collectæ, quas Juribus explicat Castropalaus de Bapt. d. vnic. p. 12. hæ sunt ex Rituali Romano.

I. Adhibenda est aqua naturalis, non tamen qualibet, sed benedicta in Sacro Fonte.

II. Adhibendus est Patrinus.

III. Imponendum nomen.

IV. Ficienda professio Fidei, seu publica recitatio Symboli Apostolici.

V. Impressio signi Crucis in fronte, & pectore baptizandi.

VI. Abjuratio Dæmonis, & trina insufflatio.

VII. Applicatio Salis exorcizati in ore baptizandi.

VIII. Terna Tinctio auri, & nari ejusdem cum saliva.

IX. Impositio manus Sacerdotis super caput ejusdem, & Benedictio.

X. Vnctio pectoris, & scapularum ejusdem cum Oleo benedicto.

XI. Vnctio verticis ejusdem cum Chrismate, & quidem illius anni, nisi necessitas cogat.

XII. Cooperatio dicti verticis jam vncti cū veste cādida.

XIII. Portectio cerei accessi ipsi iā vncto, & sic cooperito.

XIV. Hæc debent fieri in Ecclesia.

XV. Sacerdos debet esse vestitus Superpellicio, & Stola.

¶ Porro, circa contemptum, & grave scandalum vnum, vel alteram re ex his levem omittente, esset veniale; omnes, vel gravem aliquam, mortale profecto esset, licet benignius loquatur Posslevinus, quem refert, & non reitit Medulla Theologica, In tractatu de Bapt. dub. 5. num. 5.

4. Diximus autem supra c. 1. §. 2. n. 2. vti aqua naturalis, sed non benedicta, non esse mortale ex probabili sententia, omittente autem Patrinum esse mortale dicemus infra c. 4. §. 1. n. 2. quando baptismus conferitur solemniter extra articulum mortis.

5. Sed quid de loco? Respondeo, Qui sine necessitate aliquem baptizat extra Ecclesiam, domi, v. g. vel etiam in Oratorio privato, peccat mortaliter. Ita Suar de bapt. d. 3. §. 2. n. 2. gravis est, secundum Quintanad. de bapt. sing. 13. Castrop. l. max citando n. 16.

6. Non te prætereat tamen, in jure concedi, ut Liberi Regum, vel Principum, baptizentur in domo privata, sed intellige ex Suar. l. c. in privato Oratorio, & cum solemnitatibus consuetis.

7. Sed quis censendus erit Filius Principis? Respondeo Suarez citatus his verbis Glossa lata disputat quidem nomine Principis comprehendatur, & adductis variis Juribus concludit, illa voce plus videri significari, quam nomine Ducis, vel Marchionis. Quod videtur verum, quando hi non sunt supremi, sed sub Regibus con-

stituti. Solum igitur posse vti hoc Privilegio Reges, vel filij supremæ Potestatis, qui fere Regibus æquiparantur. Hæc Suarez, Glossa autem ibidem addit, Regis, vel Principis Filios & Nepotes, quo pacto intelligeretur omnes descendentes per lineam rectam, qui nomine Liberatorum veniunt. Nunquid ergo in infinitum? Nequaquam puto, sed solum, donec Regia Majestas, Regiisque decor in Nepotibus conferatur. Sic enim ex intentione

Legislatoris interpretari. Privilegium in hoc omnino debemus. Lege Quintan. de bapt. signif. 21. qui adhuc benignius loquitur, cuius tamen benignitas sequi nolo. Denique nota non esse, ut legere est in Med. Theol. de Bapt. c. 1. dub. 5. n. 6. Bon. Coninch. & Henr. apud Castrop. max citandum, probabilitate, repetendas prædictas ceremonias, si forte Baptismus solemniter celebratus comprehendatur fuisse nullus: sicut etiam supra diximus, non esse eas iterandas, si quando quis sub conditione est rebaptizandus, tunc enim satis, superque erit, ipsam solum substantiam Baptismi, etiam secretissime, repetere, esto Castrop. de Bapt. disp. vnic. p. 12. n. 23. & 24. putet, in priore casu ex prædictis esse repetendas.

Quod si ob necessitatem Domi, sine dictis solemnitatibus fuit Baptisma collatum, oportere eas in Ecclesia suppleri, docet cum multis Castrop. l. c. n. 22. sed sub qua culpa, non explicat, Quintan. tamen de bapt. sing. 8. n. 4. citans Sorum, Vigherium, Zambran. & alios, dicit, hanc esse culpam mortalem; nisi forte aliquod in iis supplendis, scandalum, vel grave damnum timeretur. Invenio nihilominus aliquos ut Caët. apud Quintan. l. c. & Med. Th. d. bapt. c. 1. dub. 5. n. 5. citant Posslevinum & alios dicentes præciso contemptu, esse tantum veniale, illas non supplere.

CAPUT III.

De subiecto Baptismi.

Quæ hic ad praxim faciunt, tria sunt omnino. Primum pertinet ad infantes, qui nascuntur à Fidelibus. Secundum, ad infantes, qui nascuntur ab Infidelibus. Tertium ad adultos rationis compotes, Amementes à natiuitate inger Infantes connumera, ac propterea more Infantum baptizandos. Lege Castrop. de bapt. d. vnic. §. 6. num. 15. Hurtad. d. 3. de bapt. diff. 2.

§. I. De Baptismo Infantum, qui nascuntur à Fidelibus.

Hi statim sunt baptizandi. Et quamvis nullum videatur adesse præceptum, quo teneantur Parentes, vel curam Infantum habentes, eos statim baptizare quando nullum apparet periculum decedendi sine Baptismo, tamen, ex receptissima, gravique Ecclesiæ consuetudine, sub mortali obligantur non valde differre.

2. Sed quantum est hoc valde? Respondeo. Bonacina d. 2. de bapt. §. 2. p. 2. n. 6. citans Val. Henric. Vasc. putat dilationem trium, vel quinque, vel plurium dierum non esse mortale, additque in hunc modum. Immo absolute Baptismus differri posse, nonnulli docent, dum rationabilis causa subest, nec imminet mortis periculum ut hic semper supponimus, nec forte in ea Diocesi ad sit peculiare præceptum.

Ochagavia quasi. 18. num. 3. differri posse ait, ad arbitrium prudentis, cum non sit definitum ab Ecclesia, quo die sit conferendus, cavendum tamen esse, ne nimium sine causa differatur.

Bartholomæus Bar. Led. diff. 14. quem sequitur Leand. de bapt. §. 14. ait, posse differri in diem octavum, immo, usque ad decimum, vel duodecimum Petrus de Ledesma c. 17. de bapt. censet quindecim, aut viginti dies differre esse nimis, atque adeo mortale sine virginti causa.

Ex his placitis elige tibi, quod probabilius in circumstantiis, in quibus casus occurrerit, apparebit.

3. Ad subiectum Baptismi pertinet, an Multi valide, & licite simul, id est per vnicam formam, (posito, quod singuli abluantur) baptizentur, vel unus à multi, sed

quia hi sunt casus raræ praxis, videantur apud S. Th. qu. 66. ar. 5. ad 4. ibique commentatores Suar. de Sacra. d. 23. sec. 3. Castrop. de bap. d. un. p. 9. à num. 14. G. Hurtad. de bap. d. 2. à diff. 6. & alios Doctores: nobis sufficiant, quæ de his diximus supra c. 1. §. 5. à n. 33.

Præterea, qua ratione sint baptizandi, quando duo Gemelli ita iuncti nascuntur, ut non appareat, siue una, an duæ personæ, vel quando non apparet, vitæ ne habeat proles, an sit monstrum, diximus lib. 1. in Decal. c. 3. §. 7. V. Baptismus.

§. I. De Baptismo Infantum natorum ab Infidelibus.

1. **R**egula generalis. Licet nequeant, utroque parente refragante, Infantes Infidelium baptizari, ut mox dicemus num. 8. baptizari tamen possunt, altero ex parentibus consentiente, etiam si hæc sit Mater. Debet tamen tunc puer tradi curæ Parentis consentientis.

Hæc Regula colligitur ex iure C. 2. de conver. Infidel. & fulcitur ratione, quia Religiosis, & Filii bonum præferendum est iuri, quo Pater potitur in Filium. Et certe Greg. XI l. i. v. refert Valentia d. 4. q. 3. p. 3. vers. Quarto dico. decrevit aliquid fortasse difficilius, idest, ut baptizaretur Puer, quem Avus paternus volebat baptizari, invita Matre Iudæa.

2. Hinc Primo possunt baptizari Infantes, qui longissime abfunt à parentibus Infidelibus, & amplius ad eos transmitti non possunt. Ita Scous in 4. diff. 5. q. vii. ar. 10. & Cæta. 3. p. q. 68. ar. 10.

3. Hinc Secundo, non licet baptizare Infantes invitatis Tutoribus Infidelibus, quando illi sunt parentibus orbat, quia ex iure naturali Tutores succedunt Patri, quando eos Pater constituit, sicuti eidem Patri, ex eodem iure succedit Avus.

4. Quando autem Tutores iure civili sunt constituti, iidemque subiecti sunt Principi Christiano, possunt prædicti Infantes baptizari, etiam Tutoribus huiusmodi invitatis, quia tunc Princeps posset privare potestate illos Tutores, eamque sibi assumere, vel alteri Tutori Christiano dare, & consequenter Infantem baptizare. Curare tamen tunc Princeps debet, ut puer ab Infidelibus separaretur, ne periculum subeat deserendi fidem, ut notat G. Hurtad. l. mox citando.

5. Hinc Tertio, secundum G. Hurtad d. 3. de Bapt. diff. 4. & Castrop. de Bap. de un. p. 6. n. 9. Infantes Filij Hæreticorum possunt, invitatis parentibus, baptizari, quia eorum parentes, utpote per Baptismum subditi Ecclesiæ, possunt cogi ad servanda omnia præcepta Naturalia, Divina, & Ecclesiastica, quare cogi possunt ad servandum præceptum hoc de Baptismo: Si tamen adsit periculum subversionis, debent ab illis trahi filii.

6. Si vnus tantum ex dictis Hæreticis parentibus sit baptizatus, idem dic, quia in hoc satis est, si alteruter ex parentibus sit subditus Ecclesiæ, potestque ab illa cogi.

7. Sed quid agendum, si ejusmodi Infans non possit à parentibus Hæreticis separari?

Respondet Suarez apud Castr. mox citandum: tunc non esse baptizandum ne scilicet grave damnum potius Infans suscipiat à parentum consortio quam emolumentum à Baptismo. At Layman quem citat, sequiturque Castr. de Bap. d. un. p. 9. num. 10. putat baptizandum esse, quia dictum periculum incertum est: nam fortasse puer morietur ante usum rationis; & quando erit ætate grandior, facilius revocabitur ab infidelitate, cum primum sciet se Sacro Baptismo confignatum. Vtrumque probabiliter ratiocinari, merito pronunciat Leander de Bap. d. 5. quaest. 8.

8. Hinc Quarto, Infantes parentum Infidelium, quæ parentes sui juris sunt, nec villo modo subiecti Principibus Christianis, non possunt parentibus utriusque invitatis baptizari. Ita Suarez de Sacra. d. 25. sec. 3. initio. & G. Hurtad. de Bap. d. 3. diff. 4. initio dicentes nullum Theolo-

gum se invenisse, qui contrarium doceret. ceterum illa nobis sufficiat, quod nunquam sit constitutum ab Ecclesiâ, immo in Sacris Canonibus C. Majoris Bapt. C. Iudæis eod. prohibuit, ne parentibus invitatis baptizarentur Infantes Infidelium, solum ex iure jeatorum Ecclesiæ.

9. Excipio, ut G. Hurt. de bap. d. 4. diff. 4. v. Offertentia citans Vasq. & Coninch. si quando infans prævidetur moriturus, tunc enim non est morale periculum, si parentes cum revocent à fide, ne aliud sequatur modum, si caute, ut supponimus, Baptismus ipse, peribit, si nolentibus, conferatur. Addit autem Castrop. d. un. de Bap. p. 6. n. 16. in extrema vicinâ mortis veritate, etiam si timeas à Patre ægrè id ferendum de filio Sacrilægis, & falsitatis: si forte, vixit, contentum dum; adhuc posse te, illum baptizare; nam si potius separabis à Patre, si non poteris, ipsi patri impetum ea sacrilegia, non tibi, qui ab illa necessitate Baptismi excubaris.

10. Dixi autem modo (nullo modo subiecti) & Canon dixerunt, (solum civiliter subiectum esse) Nam, si parentes sunt Mancipi, seu vere servi Christianorum, potest, ut ajunt Durand. & Vasq. quos citat G. Hurt. l. c. diff. Dominus baptizare eorum infantes, invitis parentibus, siquidem servi magis subditi Domini sunt, quam sub cura Parentum.

11. Addunt aliqui, Principes Christianos posse baptizare Infantes Turcarum quamvis nondum Manum etiam parentibus sepugnantibus, quia sicuti aduersarios, dicti Principes iustum bellum gerere cõdemque eisdem, propriisque bonis spoliare possunt, ita, & eandem filios ab ipsis avellere, ut certe post Baptismum hoc oportebit, eosque in Fidei Mysteris instruat. Unde igitur Doctores citati reiciunt Sorum in 4. d. 1. dicentem, non licere Domino eo solo sine sequenti volum à Patre, ut ille baptizetur.

12. Denique bene advertunt hic Vasq. & Sorus apud G. Hurtad. l. c. vers. sed quæres, Iudæos, in terra Christianorum degentes non esse servos sed concives, quæ cum eorum Infantibus non erit agendum, nisi eo modo quo diximus num. 8. cum civiliter subiecti.

13. Sed adhuc inquires, In casibus prædictis, in quibus possunt Domini baptizare prædictos Infantes, obligatur Respondeo. Ita profecto per se loquendo, si debet Charitate, seu Misericordia.

14. Dico tamen (per se) excipere enim debemus casum quo quis excusetur ab aliquo gravi incommodo, quo ex ejusmodi Baptismo conferendo sequeretur, prout prudentis Theologi expendendum.

15. Superfunt duæ prædictæ difficultates, licet minus frequentes enodandæ.

Quæritur primo potest, An, si dubitetur de vocationis pueri, ipse autem Baptismus deposcat, utroque Parente. An inquam, baptizari licet possit?

Respondeo, me de hac difficultate, Li. p. in Decal. §. 3. V. Baptismus, n. 3. & 4. plenè dixisse.

16. Quærit Secundo potest de eo casu, qui supponitur, quibus annis agitur est Melitæ in nobilissimo Mithæ Hierosolymitarum Concilio.

Inter divites, & pinguem prædam qua semel prædictorum Mithæ Tireres potiti sunt, dū strenue, per filios præstantes, ingens Turcarum navigium expugnatum, adfuit infans à mammis, adhuc nutritis pendens, Regi genere, ut dicebatur, enatus. Pater ergo, qui certe in plebissimis instructus erat divitibus, ut infans memorati Obis accepit, per fidos legatos, Magnam memorati Obis Magistrum, oblato ingenti in redemptorem pretio, ravit, ut infantem filium suum Vnigenitum, ut dicebatur, remitteret ad patriam. Nam propterea quæritur, si an licite potuisset Infans ad patrem Infidelium remitti cum certo ipsius animæ irreparabili detrimento, si se enim non remitti, jam ex se pater.

17. Respondeo: Si mihi hæc quæstio propolita fuisset, affirmassem, esse probabile, licet potuisset remitti, ut